

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Chiliano Reiffenstein Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

luntatis meae: quam spero gratam fore propter amicitiam nostram. Nondum enim memoriam ex animo effluxisse arbitror. Nihil facies religiosius, quam si summa fide & cura puero primas literas doceas, quæ certè & uirtutis & religionis sunt incunabula, & elementa. Mittimus ad te adolescentem nõ leuiter doctũ, ut petijsti per literas à Reiffenstein. Is tecum philosophari Græcè & Latine poterit. Mores sunt candidissimi, & non contemnenda facultate docendi præditus est. Vale.

Chiliano Reiffenstein Philippus
Melanchthon S. D.

Cum Martinus noster profecturus esset isthuc, dedi ei duo exemplaria Rhetorices, exhibēda tibi, & filijs tuis, quibus dedicaui: teq; rogo, ut exiguum munus boni consulas. Nondum perpoliui hos libellos Dialecticos & Rhetoricos. Impedior enim maximis & miseris negocijs, ut scis. Si quid tamē contigerit ocij, breui uirosq; recudi curabo, ita ut non multũ desideraturi sint homines docti. Certè ad iudicandum spero hos libellos nunc quoq; parimum conducere. Sed iudicium tibi uiro doctissimo et prudentissimo relinquo. Scripsissem filijs, nisi cum hæc scriberē, miserrimis & acerbissimis doloribus suissem oppressus. Amabò te, si quid afferes de Francofordia, aut alijs rebus, quarum me cupidũ esse scis,

per

per Martinum significes. Nam etsi Lipſiam proficiſci cupio: tamen ueveor ut id mihi permittat $\chi\alpha\lambda\lambda\iota\gamma\epsilon\alpha\phi\omicron\iota$, qui adhuc cudunt Germanicam Apologiam, in qua emendanda nonnihil habeo negocij. Vale. 1531.

Clarissimo viro, eruditione & uirtute preſtati, domino Ioachimo von der Heiden, ſecretario inſtyti Electoris Ducis Saxonie, &c. patrono ſuo, S. D.

Clarissime uir, dulciſſimi ſunt uerſiculi Euripidis, de miſericordia erga calamitoſos:

$\epsilon\iota\ \mu\eta\ \chi\alpha\lambda\lambda\iota\gamma\epsilon\alpha\phi\omicron\iota\ \alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\pi\omicron\varsigma\ \epsilon\iota\ \pi\epsilon\pi\tau\chi\alpha\iota\varsigma$
 $\iota\pi\alpha\rho\epsilon\tau\eta\omicron\omega\ \delta\ \phi\alpha\nu\eta\sigma\omicron\mu\iota\ \phi\epsilon\iota\nu\omega\upsilon.$

Nec uerò hos uerſus ideo recito, ut de ipſo officio, de quo loquuntur, te admeoneam: ſed quia te uirum doctum, commemoratione talium dictorum delectari ſcio. Vt quiſq; maxime intelligit uirtutem, ita maxime amat tales deſcriptiones, et quaſi $\epsilon\iota\kappa\omega\nu\alpha\varsigma$ uirtutum. Eſt omnino, ut uerſus illi dicunt, conueniens hominum natura, lenire miſeris calamitates: quod cum facias, agnoſco uirtutem tuam, & tibi gratiam habeo: & opto, ut uiciſſim tibi Deus beneficiat. Oraui nuper, ut ſi deſatigatum animum aulicis occupationibus noſtri congreſſus nonnihil exhibere poſſent, ut quoties libet, ad me uenias. Idem rursus